UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Abesan iudice. Cap[itulum]. xi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

IAbir galaadithes de tribu manaſſe iudex ſextus poſt ioſue iudicauit iſrl' annis xxij. Hic habuit .xxx. filios: quos fecit principes .xxx. ciuitatū: quas nomine ſuo vocauit haio thiahir .i. oppida iahir. In cuius etiā tempore terra iſrael pace gaudebat: nec legūtur hebrei ab aliqua natione perſecutionē pertuliſſe. Ex quo etiā ſanctitas iudicis argui pōt: qui feliciter populū gubernās ad ſcelera cōſueta ruere non permittebat: qui ⁊ in pace ſepultus eſt.

¶ De ſancto Iepthe iudice. Cap. x.

IEpthe galaadithes iudex ſeprimus poſt ioſue iudicauit iſrl'. Cū enī filij iſrl' poſt mortē iahir ſeruiſſent dijs gētiū tradidit eos dn̄s in manus philiſtijm ⁊ amon: ⁊ afflicti ſunt vehementer .xviij. annis. Qui clamauerūt ad dn̄m ⁊ proiecerūt idola de finibus ſuis: ⁊ doluit dn̄s ſuper miſeriam eorū: fuit eo tempore iepthe galaadithes vir fortiſſimus pugnator: ſed filiꝰ meretricis. Hic habuit vxorē de galaad de qua ſuſcepit filios: qui adulti patrē ſuum tanꝙ ſpuriū eiecerunt. Et abijt in terrā thob. Et congregauit in opes ⁊ latrocinātes: ⁊ factus eſt eoꝝ princeps. Tunc oppreſſi maiores natu iſrael deſcenderunt ad eū: ⁊ ipſum in principē elegerūt: vt pugnaret pro eis contra amonitas. Et aſcendens cū eis in maſphat factus eſt iudex in populo. Miſſiſq; nūcijs ad regē amon: vt exiret de terra ſua: illoq; exire nolente: egreſſus eſt iepthe ad pugnā cū exercitu ſuo: vouitq; dn̄o: vt ſi victor rediret: quicunq; prior de domo ſua ſibi occurreret eū in holocauſtū dn̄o offerret. Et percuſſit iepthe amonitas plaga magna: et humiliauit eos. reuertenti aūt in maſphat: occurrit ei vnigenita filia cum tympanis ⁊ choris. Qua viſa triſtatus eſt ad mortem: eo ꝙ ex voto ipſam dn̄o neceſſe haberet. Filia vero in nullo doluit: ꝓpter victoriam patris: ſed tn̄ duoꝝ menſium inducias petijt: vt plangeret virginitatē ſuā cū ſodalibus ſuis: ⁊ expletis duobus menſibꝰ redijt: ⁊ pater qđ vouerat impleuit. Fuit tamē et ſtultus in vouēdo ⁊ impius in ſoluēdo: q2 obtulit holocauſtū nec legitimū nec deo charū. Potuit tamen ante votū eſſe bonus: q2 irruit ſpūs dn̄i ſuper eū ⁊ etiā poſt votū: q2 ⁊ apoſtolus ponit eū in catalogo ſanctoꝝ in epiſtola ad hebre. Quidā aūt eū excuſantes dicunt illū familiari conſilio ſpūſancti hoc feciſſe: ſicut ⁊ ſampſon q̇ ſemetipm̄ occidit. Iudicauit autē iepthe iſrl' vi. annis; ⁊ quieuit in pace; ⁊ ſepultus eſt in ciuitate ſua ſebeth: que eſt in galaad. Hic ab etate moyſi vſq; ad ſeipſum ait ſupputari annos trecentos excluſis annis .xviij. affectionis qui preceſſerant.

¶ De ſancto Abeſan iudice. Cap. xi.

ABeſan vel eſebon bethleemita de tribu iuda iudex .viij. poſt ioſue iudicauit iſrael .vij. annis. Qui ⁊ populum dn̄i in pace rexiſſe creditur: quia nec eius tēpore alicuius belli in ſcriptura mentio habetur. Qui ⁊ quieuit in pace ⁊ ſepultus eſt in bethleem ciuitate ſua.

¶ De ſancto Hailon iudice. Cap. xij.

HAilon zabulonites iudex nonus poſt ioſue iudicauit filios iſrael .x. annis. Qui ⁊ pacem omni ſue vite tempore habuiſſe putandus eſt: quia neq; ꝙ cū vlla natione diſcordiā habuerit expreſſum reperitur. Et hic quieſcēs in pace in ciuitate ſua. Sepultus eſt cum patribus ſuis.

¶ De ſancto Abdon iudice Cap. xiij.

ABdon iudex de ciuitate thecue: que eſt in tribu effraim decimꝰ poſt ioſue iudicauit i iſrael .viij. annis. Sub quo etiam terra hebreorum in pace quieuit: eo ꝙ ſub his prefatis tribus iudicibus iſrael a domino non receſſit. Et hic in pace dormiens in ſepulchro paterno ſepultus eſt in oppido thecue ex quo fuerat oriundus.

¶ De ſancto Sampſone iudice. Cap. xiiij.

SAmpſon iudex de tribu dan vndecimus poſt ioſue iudicauit iſrl'. Cū enī filij iſrl' corā deo peccaſſent tradidit eos in manꝰ philiſtinorū .xl. annis: a qua ſeruitute hoc modo liberati ſunt. Uir quidā de ſtirpe dan noīe manue: habebat vxorē pulchrā ſed ſterilē. Cui ſpe oranti angelus in agro apparuit: ⁊ naſciturū ex ea filiū nūciauit. Mandās ne q̇d vltra comederet aut biberet niſi iuxta legē nazareoꝝ: nam ⁊ puerū nazareum futurū predixit: qui et iſrael liberaret. Et cum hec oīa viro nūciaſſet: et ille vti zelotipia ductus angelum aliquem